

20. Criminosi vero incarcerationi, si crimen suum nolint confiteri, vel se emendare, pane
poscioni et aqua duntaxat sustententur donec resipiscant.

21. Nullus Conversus emittatur ad aliam domum cuius culpa sine gravi damno et scandalo
in domo propria potest emendari: Et qui emittendi fuerint, de quatuor vel
quinque senibus domus consilio emittantur ab Abbate: vel in Commendatis Mona-
sterijs a Vicario.

22. Emissis pro disciplina ad aliud Monachum, non detur pectura, vel equitativa nisi
nisi infirmitate cogente.

De fugitivis Conversis. Caput XI.

1. Nemo Conversorum audeat sine licentia Praesidis, et honesta causa exire clausu-
ram Monij; alii tanquam fugitivi puniantur.

2. Quicumque Conversus iactando se sine etiam comminans dicere presumpserit in au-
dientia ceterorum se pelle eone ab Ordine, vel ex Monio, et habitum di-
mittere regularem, per custodias Monij in carenis aut vinculis aut car-
cere tandem detineatur donec ausui venerandi ipsa poena tribuat intellectum.

3. Conversi fugitivi quocumque venerint carceri mancipentur donec ab eorum Abba-
tibus quibus obedientiam praestiterunt revocati fuerint; Revocati vero vel
sponte sua revertentes puniantur po Monachi, ita po poeniam disciplinam
in Caplo Monachorum accipiant.

4. Conversus qui in adense Diabolo exierit ab Ordine, vel Sancti regulans habi-
tum receperit ab aliquo, depositis habitis in conversum recipiatur, nisi forte
quid absit) sacrum Ordinem acceperit, quod si factum fuerit, ad habitum
regularem nullatenus deinceps admittatur.

5. Quicumque Conversus ad immunitatem Ecclesiam, seu alia loca privilegiata, et di-
sciplinam evadat, confugerit, et privilegii locorum iam dictorum se contra
Ordinem defendere tentaverit, vel si ad Reges, Principes, et alias Potestates
et Iurisdictiones vniuscumque status quacumque occasione recurrerit, tanquam Orbis de-
sertor poena criminis puniatur.

6. Si fugitivi criminosi quandoque redierint, non nisi ad carceres recipiantur, nisi
ad arbitrium Vicarii.

7. Apostata ante ad ad resuend' suum habitum compellantur, et deinde ab Apostasia et sentia Eccov. absoluantur, siq; ad carceres, si visum fuerit Superiori remittantur.
8. Et postata criminosa post tertiam Apostasiam amplius in Ordine non suscipiantur.
9. Fugitivi e carcere ducti, etiamsi criminosi non sint, nullo modo in Monio ex quo fugerint Offm' aliquod committantur, sine expressa Vicarii licentia.
10. Locorum predicti Superiores & licet penas fugitivorum, et criminosorum moderentur, si rationalis causa existat.
11. Singulis diebus Dominicis et festis hora 2^a post meridia, omnibus dato signis orationis, unus ex Conuersis cui inunctum fuerit, totum Capitulum ex prohibitis & tunc leges, ne ipsi eorum, omnium et singulorum ignorantiam illam probent, possint; reliquum tempus usq; ad liberos, pia aliqua lectione transigent.

DE DONATIS.

1. Nullus in Donatum recipiatur a Priori sine proprio Abbatis loci, exceptis Moniis commendatis; Recipiunt autem per aliquod temporis spatium probant, prout Superioribus visum fuerit.
2. Donati recepti vivunt sine proprio, in communi, Ordine et Superiori erunt obedienter, disciplina Moniis in quibus habitant, acriter, commodum vero procurabunt, vituperia loci et Superiorum suppressione curabunt, honorem autem eorum diligenter, correctioni Ordinis in eis subiacendo, de his quae administraverint, Superiori vel illi quibus debent, quoniam super hoc requisiti fuerint reddent rationem, continenter vivunt, alii expellunt sine spe remunerationis pro servitio quod Monio impendantur.
3. Mahores Donatos nullatenus recipiantur, nec parati admittantur in Donatos.
4. Suscepti in Donato vestiantur griseis tunicis, absq; scapulari et Capitis.
5. Qui semel receptus est in Donatum, non potest fieri Monachus in Ordine nro, licet post divisiuam probationem possit fieri Conuersus.
6. Donati nullo modo obligantur nec professionem faciunt, sed postquam in habitu Donatorum per annum vel eo amplius infra verbum Superiorum probati fuerint, se obsecrunt, renuntiant publico instrumto in scriptis, manu alicuius Nativit. subsignata, vel cof. off. Advocatiale Monii eidem Monio, se sua, et labores suos offerent, labores suos et

supra.